



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

13 Episcopi habent ordinariam jurisdictionem in eorum dioecesi, in qua
plura possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

etiam diffinitiva : minores verò criminales causæ Episcoporum in concilio tantum provinciali, vel à deputatis per concilium provinciale cognosci debent, & terminari. Concil. Tridentin. in cap. 5. de reform. sess. 24. sed quoniam non sine maxima reorum impensa Metropolitanus, vel Episcopus ad processum faciendum se transferre possunt, pro minori dispendio, quandoque etiam simplicibus doctoribus ecclesiasticis pro sumendis informationibus, hujusmodi causæ delegantur.

12 Tertium gradum † Ordinariorum tenent Archiepiscopi, & Archiepiscopus est etiam iudex ordinarius omnium Episcoporum suæ Provinciæ, ita quòd, si subditus conveniat Episcopum, auctoritate ordinaria coram Metropolitano ipsum convenire potest. gloss. in cap. pastoralis. in ver. exceptis, & ibi Abb. numer. 2. de offic. & in omnibus causis, quæ per appellationem à diffinitiva ab Episcopis suffraganeis ad eòdem Archiepiscopos deferuntur, ut c. 1. de offic. leg. & redarguuntur Metropolitanus, qui non servata forma Conc. Trid. cap. 20. sess. 24. suis suffraganeis inhihent, ut per sacram Congregationem super eòdem cap. 20. in decis. sub. tit. Calaguri an & quando appellatur in causis concernentibus executionem decretorum Concil. Trident. Metropolitanus à cognitione causarum abstinere debent, ut ibidem super eod. cap. 20. in decis. sub. tit. Palavin. Aquileien

13 Quartò Episcopi † habent ordinariam jurisdictionem in eorum diocesi, c. conquerente, & ibi gloss. in ver. jurisdictionem, de offic. jud. ord. & habet Episcopus in ecclesiis, & capellis suæ diocesis, obedientiam, subjectionem, & reverentiam, institu-

tionem, & destitutionem, correctionem, & reformationem, ac censurarum ecclesiasticarum promulgationem, d. cap. conquerente, §. nos autem. Per obedientiam enim, quam præstare tenentur personæ ecclesiasticæ, & seculares in his quæ religionem, & animarum salutem concernunt, ut in cap. quanquam, 23. dist. recognoscunt Episcopum in iudicem. Abb. in d. cap. conquerente, nu. 2. in princip. de offic. ord. Quæ autem sint jura Episcopalia Episcopo debita, bene deducit sigillatim distinguendo Abb. qui tredecim enumerat, ad quæ tenentur ecclesiæ diocesis Episcopo, in eodem cap. conquerente, num. 2. & plura potest Episcopus ordinaria auctoritate, de quibus infra dicitur.

14 Primò † Episcopus ordinaria auctoritate synodum convocare potest, de qua supra part. 1. cap. 9. & quia habet jus reformandi, cap. licet, & cap. irrefragabili, de offic. ord. ad reformationem morum statuta facere potest, & addere juri communi, novam imponendo pœnam, c. 2. junct. gloss. in ver. statuto, de constit. in 6. gloss. in cap. ne Romani, in ver. tolli, & ibi Abb. numer. 2. de elect. & Felin. post plures alios per ipsum citatos in cap. quod super num. 9. de major. & obed. Prohibitus enim † statuere in aliqua materia propter defectum potestatis, potest in illa statuere, fortificando jus commune cum adjectione pœnæ, juxta d. gloss. in clement. ne Romani, in ver. tolli, quam Felin. dicit singularem, in c. 1. nu. 13. post medium, versic. & prohibitus, de spons. & matr.

16 Secundò † potest habere familiam armatam, de qua eod. c. 9. & brachium seculare invocare, ut in cap. 1. de offic. ord. & ibi gloss. perult. & ult. quod iudex præ-